UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 5. De linguis Europae veteris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

cutos fuiſſe, vt ipſe fatetur; atque etiam Plinium ex iis effudiſſe Tanaïm lib. 4. cap. 12. qui ſitus conuenire nequit cum lapideo cingulo, ſeu *Kameny-Poyas*. Et Mela lib. 3. cap. 5. in Aſiatico littore collocat Hyperboreos, quos tamen ſupra Riphæos montes extendit; quomodo ergo Hyperborei in Aſiâ? De Elixona Stephani quidam non improbabiliter credunt eam eſſe, quæ egredientibus fauces Granduici ſinus primùm occurrit: ea enim ſatis ampla eſt, vt veteres eius tractus ignari eam cum Siciliâ compararint: certè ad *Nouam Zemblam* noſtris temporibus cognitam, nemo prudẽs recurret. *Lytarmis* verò Pro. vltra Europam non amandabitur, ſiquidem Abrahamus Ortelius aduerſarius noſter nomen hodie leuiter inflexum retinere putat *Kibarnes*, iuxta inſulam *Vardhus*; alij probabiliùs vocant, *le Cap Orloganas* in faucibus Granduici ſinus. Atque hactenus de re ſatis controuerſâ, neque hoc loco prætermittendâ.

§. 5. *De linguis Europæ veteris.*

Qvatvor olim viguiſſe credo in Europâ idiomata, ſeu linguas, quarum cæteræ fuerunt Dialecti, Sarmaticam, Celticam, Latinam, & Græcam. Penè dixi tres, nam Dionyſius Halicarnaſſeus ſub finem lib. primi Latinam accedere putat ad Æolicam; ſed homo Græcus, fortè popularibus ſuis in hac parte fauere voluit. Earum Synopſim tibi breuem propono de iis in ſingulis regionibus plura dicturus.

SARMATICA { Seu *Riphacum*, ex quâ nonnulli putant fluxiſſe Slauicam.

CELTICA {
- Germanica, ſeu *Teutonica*.
- Gallica } *A quibuſdam tamen in vnam confunduntur.*
- Britannica }
- Illyrica.

LATINA {
- *Vetus* { Oſca
- *Noua* { Romana.

GRÆ- {
- Commvnis ex omnibus conflata.
- ATTICA *ex quâ enatæ* {
  - Bæotica.
  - Calcydica.
  - Pamphylia.
  - Cypria.

- (…)CA.
  - IONICA
    - Ex quâ mixtâ cum Dorica nata *Theſſalica*, cuius fœtus *Macedonica*.
  - ÆOLICA
    - *Cuius propaginem Halicarnaſſeus putat Latinam.*
  - DORICA.
    - PELOPONNESIACA
      - Communis.
      - Argiua.
      - Laconica, ſeu Spartana.
    - LIBYCA *quâ Cyrenenſes & Pentapolitæ* vtebantur.
    - RHODIA.
    - CRETENSIS.
    - SICULA.
      - Communis *per totam Siciliam.*
      - Rhegina.
      - Tarentina.

§. 6. *De diuiſione Europæ veteris in præcipuas regiones.*

NVM. I. *Pars Europæ Occidentalis.*

- INSVLÆ BRITANNICÆ.
  - VRBES
    - Londinum: *Londres.*
    - Alata caſtra: *Edinbourg.*
    - Eblana Portus: *Dublin.*
  - FLVVII
    - Tameſis: *la Tamiſe.*
    - Sabrina: *le Sauern.*
- HISPANIA.
  - VRBES
    - Carthago Noua: *Carthagene.*
    - Hiſpalis: *Seuille.*
    - Tarraco: *Tarragone.*
    - Toletum: *Tolede.*
    - Cæſarauguſta: *Sarragoçe.*
  - FLVVII
    - Iberus: *l'Ebro.*
    - Tagus: *le Tage, ou Tayo.*
    - Bætis: *Guadalquiuir.*
  - MONTES
    - Pyrenæus: *les Pyrenées.*
    - Oroſpeda: *Mont d'Occa*, &c.
    - Mariani: *Sierra Morena.*
  - INSVLÆ
    - Baleares: *Maiorque*, &c.
    - Pytiuſæ: *Yuica.*